

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

8

VIRIS IN FENNIA PERITIA LITTE-  
RARUM GRÆCARUM CLARIS,

CUJUS PARTEM SEXTAM

VENIA AMPL. FAC. PHILOS. ABOËNS.

*publico examini subjiciunt*

JOHAN. FAC. TENGSTROM,

*Bibliothecarius Vicarius atque Hist. Litter. Adjunctus Ord.*

ET

CAROLUS GUST. SJÖSTEDT,


*Stip. Publ.  
Aboënsis.*

In Audit. Philosoph. die XXI Martii MDCCCXXI.

h. a. m. f.

---

ABOË, Typis FRENCKELIANIS.



Græcam prorsus neglectam fuisse, indicat vel consilium, quod Chalcographum Academiæ agitavisse, Acta significant, de novis typis Græcis comparandis l).

## §. 15.

ERICUS FALANDER, Aboæ d. 21 Martii 1640 natus, patre ERICO *Matthiæ* FALANDER, tunc Diacono Ecclesiæ Suecicæ Aboënsis m), initiis litterarum in Schola Triviali Wafenski  
L im-

om dagen, uthan at han skulle läsa heller en gång, och läsa desf bättre. Andra Professoerne tyckte och, han skulle allenast läsa en tima om dagen. Primis enim lustris Academiæ, Professores, quibus, pro paucitate Doctorum ad Academiam constitutorum (Vid. supra pag. 37 not. m), p. 65 not., *Åbo Tidningar* 1799 N:o 9, & *Oratio qua Alexandri Primi in Camenas Aboënses beneficia celebravit* A. J. LAGUS 1811 p. 57 not. 8.) duæ diversæ disciplinæ delatæ erant, in utraque earum singulis diebus lectiones habuerunt. Interdum venia peculiaris concessa deprehenditur non nisi alterutram earum alternis diebus, vel altero quoque biduo proponendi, ex. c. (ex Protoc. Conf. Acad.) SVENONIO d. 10 Febr. 1655, tunc temporis & Poësin & Eloquentiam docenti, Phys. & Botan. Prof. GEORG. ALANO d. 25 Sept. 1644. (cf. Max. Rev. LAGUS l. c. p. 73 not. 25). — BERGIUM quotidie duas publice docuisse horas, indicat etiam Protoc. d. 16 Nov. 1653: *M. Petrus Bergius læser ifrån 3 uthi Græca och ifrån 4 uthi Hebræa.*

d) Prot. d. 23 Oct. 1661 hæc habet: *Booktryckiaren frågade, om han får köpa Grefst tryck från Lybeck. Ref. Effterlåtes honom, om han hafver medel till.*

m) In Fahlun Dalecarliæ a. 1603 in lucem susceptus Aboam venerat 1631. Heic Collega Scholæ 1632, Ecclesiæ Suecicæ Diaconus 1639, Oeconomus Templi 1651, denique 1655 Pastor in Gamla-

imbutus est. Frequentata Academia Aboënsi, editisque ibidem duabus Disputationibus, altera a. 1663 Præside AND. THURONIO *n*), altera, a. 1665, pro Gradu *o*), Præside AXELIO KEMPE *p*), Germaniam, Hollandiam, aliasque terras peregrinas, "illustri comitatus socio" *q*), invisit; unde redux a. 1668, commendatione munitus Illustr. Cancellarii, ut præ aliis ad Philos. Adjuncturam, promoveretur, huic muneri præfectus est. Eum jam a. 1669 simul Legiferum Secundarium s. Vicarium (*UnderLagman*) in Baronatu Nerpiseni fuisse constat *r*). Perrexit in his administrandis muneribus, anno dicto 1669 insuper Secretarius Academiæ constitutus *s*). D. 8 Junii 1671

---

Carleby constitutus, obiit d. 25 Decembr. 1672 sub concione matutina. — Hæc consignavimus ex *Genealogia Suursilliana*, monumento m*l*., cujus notitiam præbet C. F. MENANDER *Or. de Synodis* p. 50 f. Rev. TENGSTRÖM *Minne öfver Johannes Klai Terserus* p. 54 not., titulum plene exscriptum Cel. PIPPING l. c. p. 10.

*n*) Vid. LIDÉN Catalog, Sect. III. p. 199.

*o*) Quamquam itaque FALANDER Philos. Candidati examen, quod vocant, subierat, Magistri honore, quantum quidem novimus, nunquam ornatus est.

*p*) Hæc Disp. in Catalogo Lidéniano omisa, recensetur a Celeb. PIPPING l. c. p. 67.

*q*) Quis hic fuerit, ignoramus.

*r*) Stipendia Legiferorum & Judicum Territorialium h. t. Magistratibus superioribus assignata, muneraque ipsa a Vicariis exigua mercede conductis, plerumque imperitis, administrata fuisse, notissimum est. Cf. *Abo Tidningar* 1794 N:o 29, 1799 N:o 5.

*s*) Prot. Conf. Ac. d. 15 Oct. 1669 hæc habet: *Om ERICO FALANDRO, som skulle nu kallas in at afleggja juramentum Secretarii*

1671 Linguarum Profefor designatus, d. 10 Oct. in hoc munus introductus est. Eodem anno Eum munus Judicis Territorialis in Comitatu Raseburgensi (Vicarium) suscepisse refertur. Hisce muneribus functus est ad a. 1682, quo post Ax. KEMPE *t*) ad Juris Profefionem est admotus. Aa. 1680, 1683, nomine Confistorii Acad., Holmiam, ad varia negotia Academiæ procuranda, profectus, his legationibus se virum

L 2

re-

*moverades detta: at man hafver sport honom icke allenast vara Under-Lagman öfver Nerpis, uthan ock Håradshöfdinge eller lagläsare öfver Rasebärjs lähn, och det icke vdl tiena, at Secretarius, som och Adjunctus skulle vara, (altera in Fac. Philof. Adjunctura illa ætate conjuncta erat cum Notarii, seu Secretarii, ut ab a. 1663 compellatus est, munere; vid. Max. Rev. LAGUS l. c. p. 81 f. cf. p. 57 not. 9.) skulle med så monga tienster vara occuperat, ty bara upvachningen ved Academiën behöfver en heel karl: kunde och skeep, at Grefven Cancellarius knapt sådhant ville tillåta. — FALANDER — svarade sig full hafva Lagmanstiensten öfver Narpis, der han allenast hvar tredie åhr tingtar, och det sker in Januario; om den andra tiensten sadhe allenast vara talt om, uthan nogon vidhare visheet och slutt, begårte tiensteligen sitt ringa tillstånd tagas i confideration, och at han finge behålla den Lagmanstiensten, försåkrade sig vilia med flit göra sin tienst.*

- t*) Cum quo jam antea, a. 1671, defuncto OLAO WEXIONIO, in electione ad hoc munus nominatus fuerat. Deinde cum AX KEMPE, senectute variisque infortuniis fractus, muneri suo admittendo non amplius sufficere videretur, Episcopus GEZELIUS rei nostræ litterariæ studiosissimus, d. 23 Oct. 1678 in Confistorio Acad. censuit; att *Ling. Profefor Dn FALANDER, den der in Jure vâhl verferad är, den Profefion ville emottaga, efter han den best Ungdomen till nytta förvalta kunde.* Cf. Prot. Conf. Ac. d. 20 Jan. 1682, quo commemoravit DAN. ACHRELIUS, Nostrum cum in patrii tum in exteris Academiis in disciplina juris se exercuisse, & deinde causas forentes cum laude tractavisse. Cf. Cel. PIPPING l. c. pp. 52 — 54.

rerum agendarum peritum Collegis probavit *u*). A. 1685 Regii Dicafterii Aboënsis in erudita classe Assesor designatus, lectiones tamen a Juris Professore habendas sponte, approbante Illustrisf. Cancellario Comite BENED. OXENSTIERNÄ, ad finem intervalli verni a. 1686 continuavit *v*). Aliquamdiu etiam

*u*) Vid. Protoc. Conf. Ac. d. 7 Julii, d. 30 Aug. 1680, quo retulit Dn. FALANDER: att såsom Rector Magnif. och Sen. Acad. hafver vedh hans afresa åth Stockholm begärt, det han skulle insinuera Acad:s Breeff hoos Illustrisf. Cancell. angående Constitutionum Acad. omskrift, roboration och underskrift, så berättade han sig Brefvet hafva d. 1 Aug. hans Höggröfl. Nåde tillhanda insinuerat på Bogesund, och det svar bekommit, att det vore något äfventyrligit, att begära innovationem Constitutionum, emedan någon illvilliare torde få tillfälle der af, att grijsa an dhe privilegier och friheter Acad:n är försedd medh, och häilit för rådligare, att blifva vedh Tenorem Constitutionum Carolinarum, till dhe hans Höggröfl. Nåde på sina författade leges kunde beqvämigen vinna Kongl. styrka af des underskrift och Sigill. — Vide etiam Protoc. d. 27 Sept., d. 6 Dec. & 21 Dec. 1683, d. 30 Jan. d. 8 Febr. 1684, quorum ultimum hæc habet: afstade till Hr ERICUM FALANDRUM Juris Professore, Rector ä Senatüs Acad. vågnar en gratulation, så för des lyckeliga hembkomst, som trogna vigilance och Expedition för Academiens angelägenheter hoos Hans Kongl. Maj:t och H:s Exc. Agebantus in primis redivit Academiæ; qui quanto defectu laboraverint, docent Notæ ad Orationem Max. Rev. Doct. LAGI p. 80 ff.

*v*) Ob officia ad Academiam Intervallo verno a. 1686 præfita peculiaris ei assignata est merces. Vid. Protoc. d. 10 Febr. 1686, d. 11 Febr. 1686, mom. 7. It. d. 21 Jan. & 15 Martii 1687. Conf. Acad. ei ob lectiones intervallo verno a. 1686 jussu Cancellarii habitas redivit prædii ejusdam & 50 Thaleros monetæ argentæ decrevit. Cf. Prot. d. 21 Martii, d. 2 Apr. 1687. Jam antea FALANDRO erogatum erat stipendium ordinarium Professionis pro anno 1685. — Prot. d. 9 Maji 1685 hæc habet: FALANDER sade det han vill, continuera medh sine Collegier öfver detta åhret,

etiam Gubernator fuit Vicarius Ditionis Aboënsis x). A. 1691 nobilitatus est cognomine TIGERSTEDT. Obiit d. 10 Apr. 1697. Sepultus est in Choro sepulcrali Templi Cathedralis, quem Noster cum Socero, Asfesforé ejusdem Regii Dicafterii, OLAO WALLENSTIERNA y), cujus filix CHRISTINÆ matrimonio junctus erat, condi fecerat. Orationem funebrem, lingua vernacula, ligatam habuit Filius, SAM. TIGERSTEDT z).

Præter hunc, qui t. t. Civis erat Academicus, ex liberis Nostri innotuerunt nobis filii ERICUS TIGERSTEDT, a. 1693 in R. Dicast. Ab. aufcultans, & PETRUS TIGERSTEDT, qui, "ob partam & in patriis & in exoticis Academicis Linguarum sacrarum Theologiæque cognitionem" a. 1708 Pastor in Piikis, Adjunctus Fac. Theol. Profesforque E. O. conltitutus a), denique Pastor & Præpositus fuit in Tuna.

No-

*effter den Kongl. Hof-Rått hafver det honom tillåtit, begärandes här till Senatus samtyckie, såsom och att han deremot måtte fåå åtnjuta 1685 åhrs Professions löhnen, effter han icke för detta ähret hafver något till förvånta vidh den Kongl. Rått. Sedan tackade han Senatui för all godheet honom år bevißt, så länge han varit i detta Kongl. Academijska Collegio, och togh der medh sitt afskedh och afträde. Då resolverade Senatus eenhälligen, att han niuter detta åhrs löhn effter begäran. Cf. Protoc. d. 23 Julii 1685 mom. 3. it. d. 4 Aug.*

x) Vid. Prot. Conf. Acad. d. 16 Maji 1690 mom. 5.

y) Vitam ejus breviter enarratam sicut *Abo Tidningar* 1793 N:o 40.

z) Ad quam audiendam LAUR. BRAUN, vitam & fata defuncti recensens, invitavit, Programmate d. 3 Oct. 1697 dato, ex quo potissimum memoriam Viri repetivimus. Cf. si placet, v. STIERNMAN *Matrikel öfver Svea Rikes Ridderkap och Adel* p. 902, ubi vero perperam refertur, Nostrium in Ostrobotnia natum esse.

a) Vid. JOHANNIS MUNSTER Prog. d. 14 Oct. 1708, quo ad eum introducendum invitatur: STIERNMAN *Ab. Lit.* p. 148.

Nostrum linguæ Græcæ peritiorē fuisse prædecessoribus suis, JOH. FLACHSENI, quam supra citavimus, in Consistorio Ac. prolata sententia indicare videtur *b*). Certe recessit a consuetudine linguæ Græcæ non nisi ex N. Testamento docendæ. Quod vero consilium ejus non omnibus probatum est. Ipse Ep. GEZELIUS, qui tamen litteras Græcas impense & adamavit & calluit, Eum a. 1673 in Consistorio monuit *c*), ut pro Orationibus Isocratis, quibus tractandis se addiderat, laudatam Sacri Codicis partem juventuti exponeret. Attamen eum justæ & veræ sermonis Græci docendi rationi non renuntiasse, ostendunt, quos vidimus, Catalogi Prælectionum aa. 1680 — 1682, quibus Isocratis Nicoclem & Panegyricum, & Plutarchi Librum de liberorum educatione a se explicandos esse significat. — A. 1680, cum sollempnia lugubria in memoriam primi, immortalis, Cancellarii Celsissimi PETRI BRAHE celebraret Academia, ille, Oratorum unus, lutum publicum oratione Græca expressit *d*): quam vero, æque

*b*) Vid. supra p. 58 not. gg).

*c*) Vid. Prot. Conf. Ac. d. 18 Junii.

*d*) Programma ipsis Calendis Novembris, memoriæ omnium Sanctorum sacris, ediderat JOH. GEZELIUS *Joh. Fil.* quo indicatur, statuisse Senatam Academicam, die 18 Febr., qui & natalis esset beati Drotzeti, & insignis tum obitu Martini Lutheri, tum *Concordiæ* nomine, posthac singulis annis Panegyrico prædicanda esse magna Dei beneficia, quod per Lutherum reducerit lumen Evangelii, & quod per PETRUM BRAHE Academiam Aboënsē crexerit. Lugubria vero hæc sollempnia dicto die anni proximi celebraturum esse ENEVALD. SVENONIUM, significatur. D. 2 Nov. & sequentibus diebus Illustriss. Cancellario parentaturi constituti erant ANDREAS WANOCHIUS, ERICUS FALANDER, PETR. LAURBECCHIUS & DAN. ACHRELIUS. Hoc Progr. etiam vitam Herois defuncti, breviter recenset: quo nomine addi potest ad scripta enumerata p. 10 f.



æque ac ceteras festo hocce die funebri pronuntiatis orationes, typis exscriptam non fuisse, neque amplius superesse, dolendum est. Nulla igitur monumenta exstant studii, quod linguæ Græcæ tribuerat, præter Gratulationes nonnullas Græcas, Disputationibus adjectas, quarum omnes nostris quidem oculis usurpatæ stilo soluto exaratæ sunt. — Disputationes a FALANDRO editæ, quas perlustrare nobis licuit, nihil memorabile continent. Quantulos fructus linguæ Græcæ studiosis illius ætatis Disputationes Academicæ Nostratum offerant, facile vel conjectura assequi licet, cum & Linguarum & Eloquentiæ Professoribus in suis disciplinis disputandi materia deesse putaretur, & hanc, ut videtur, ob causam, per universam Philosophiam vagandi venia concessa esset e). Græcarum institutio literarum nullo fere in numero erat. Græcam linguam, quæ pars Orientalium habebatur, non nisi futuri Theologi discebant ad solam eamque levem sacrorum librorum intelligentiam. — In philosophia Noster, ut plerique æqualium f), Scholasticorum decreta commentaque amplexus est

---

Disf. de Vita & meritis Petri Brahe, cujus Part. I, II a. 1816 publici juris fecit M. BENEDICTUS JAC. IGNATIUS, paucos menses post edita hæc specimina egregia amoris atque diligentiae, quibus Historiam patriæ prosequeretur, morte præmatura nobis abreptus). Quot annos decretum Senatus Acad. de festo d. 18 Febr. in perpetuum celebrando effectum fuerit, ignoramus. Anno certe 1681 ENEV. SVENONIUS, oratione die dicto habita, illud exsecutus est. (Progr. Orator ipse dederat d. 13 Febr. ubi significat, se d. 18 Febr. "annuatim in posterum oratorio apparatu celebrando — prius quidem vitam & acta desideratissimi Academicæ nostræ Cancellarii — representaturum esse — postquam vero deinceps — vitam Megalandri nostri reformatæque religionis initia recensuerit, peroraturum").

e) Vide supra p. 66.

f) Vid. supra p. 80.

est atque propugnavit. Atque adeo cum a. 1678 DAN. ACHRELIUS suas *Contemplationes Mundi* edere inciperet, FALANDER, t. t. Fac. Philos. Decanus, quæstionem movit, an hocce opus, quod novæ Cartesianæ disciplinæ favere suspicabatur, continuari permittendum esset *g*).

Ad Disputationes Nostri in Catalogo Lideniano recensitas, ex annotatione ms. incomparabilis PORTHAN in exemplo hujus Catalogi, quod possidet Bibliotheca Acad., addi debet: *De principiis s. causis internis corporis Nat. G. Abrah. Ab. Thawonius. 2. 1682. 8:o.*

§. 16.

PETRUS BÅNG *h*) d. 18 Sept. 1633 *i*) in Helsingiæ parœcia Norrbo, patre ERICO BÅNG ibidem V. D. Ministro, natus est. Ab a. 1639 Scholam, deinde Gymnasium Strennesiæ per decennium frequentavit. Interea a. 1643 patre or-

*g*) Vid. *Novellas Aboëns.* a. 1773 p. 57, a. 1783 p. 140 f. not. GÖRWELL *Sammlaren* p. 342 ff. Cf. de contentione, quas in Svecia excitavit disciplina Cartesianæ, BUSSE *Beskrifning om Upsala* 2 Del. p. 23, BRING *Hist. Handl.* Tom. II, pp. 30 — 136. Ejusd. *Minne öfver Rydelius*, pp. 6 — 8. FANT *Föreläsningar i Svenska Historien* IV. p. 288 f.

*h*) Singularia non edidit ad Litteraturam Græcam pertinentia Specimina; attamen eum præterire nolimus, cum in FANTII *Historiola Litteraturæ Gr. in Svecia* commemoretur.

*i*) Numerus anni natalis in STIERNMANNI *Aboa Liter.* p. 77 fortasse non est nisi typhotæ error.

orbatus est. Post fatalem hunc casum stipibus per Parœcias conquirendis se aluit, studiaque continuavit ab a. 1649 privatim Upsalæ apud fratrem OLAUM BÂNG (postea ConRectorem Scholæ Upsaliensis). Postquam civis Academicus Upsaliensis factus erat, eodemque tempore Præceptor liberorum Chiliarchæ Vicarii Erici Silversparre, hunc, Præfectum arcis Pomeraniæ Demmin designatum, in Germaniam comitatus est, ibique varias Academias visitavit, præcipue autem Gryphisvaldiæ commoratus est. Anno 1655 cum discipulis in patriam reversus, a. 1658 sacris ordinibus ab ArchiEp. JOH. LENÆO initiatus est. Anno 1659 Holmiæ, præceptor JOH. EMPORAGRII Gymnasium Holmiense itidem frequentantis, factus, in hac schola illustri Disputationem habuit Noster publicam *de Justitia civili k*). Anno 1660 cum hoc aliisque discipulis, a patrono suo, t. t. Pastore Primario Urbis Præsidenteque Consistorii, deinde Episcopo Strengnesensi, Doctore ERICO EMPORAGRIO *l*), Upsaliam missus, heic a. 1661 Philos. Magister promotus est. Anno 1662, Adjunctus Fac. Theol. Upsal. constitutus est. Anno sequente peregrinationem suscepit. Peragratis Dania, Germania & Hollandia, autumno a. 1664 redux, ad Professionem Theolog. in Academia Aboënsi ab Illustr. Hujus Cancellario ultro sibi oblatam, Diplomate Administratorum Regni d. 13 Dec. dato, promotus est: cui, habita heic d. 9 Dec. 1665 Disputatione *de Natura Theologiæ m*), proximo d. 12 Dec. inauguratur *n*).

M

Ex

k) An typis edita fuerit, ignoramus. In Catalogo Lideniense non commemoratur.

l) Quem citans BÂNG, in Commentario suo in Pauli Epistolam ad Hebræos, "nutricium suum quondam liberalissimum, & tunc æque ac nunc fautorem & promotorem" appellat.

m) Neque hæc typis excusa fuisse videtur.

n) Patribus Academicis minus placuisse videtur, quod BÂNG, extra-

Ex ipsa hac Disputatione ante Introductionem habita dis-  
fensio quædam inter Nostrum & Eloq. Profesorem Mart.  
Mil.

neus; prælatus esset duobus Collegiis, a se propositis (Vid. supra p. 78: alterum eorum Mathes. Prof. SIM. KEXLERUM ad Professionem Theologicam administrandam minus fuisse idoneum ex Rev. TENGSTRÖM *Minne öfver Terferus* p. 46 f. satis patet; alterum, LL. Prof. PETRUM BERGIUM, eruditione metitisque certe non emittisse, quæ de eo supra enotavimus, ni fallimur, ostendunt). Itaque, non modo, cum BÅNG initio veris a. 1665 per litteras ab his quæsisset, an protinus ad munus suscipiendum e Suecia transiturus esset, responderunt: *att här är ingen löhn att vänta förr än dnc-kians (D. ALANI) nåde år är uthe* (vid. Protoc. dd. 24 Maji, 9, 12 Aug.); sed etiam, cum d. 8 Nov. 1665 præsens Noster Diploma quo Professione dicta atque Annexa Lundo ornaretur, atque simul commendationem Illustriss. Cancellarii, ex qua sine mora introducendus atque Theol. Doctor promovendus esset, in Cons. Ac. proferret, quæstionem proposuit Episcopus GEZELIUS: *om novi Profesores icke skola disputando först göra sitt prob förr än the introduceras. Rector svarade: här har så gåt till, att the som förr inge prob ha gjort, eller man intet har kunskap om hans erudition, så har det varit maneerligt, att the göra sine prober. Sedhan discurerades om M. Petro Bång i synnerhet. D. Enevaldhus sadhe: sedan Profesores blifva introducerade, hålla the sina Disputationes introductorias, så gjorde iag &c. Rector sadhe: eliest vore intet tienligt, att vi skulle likasom probera och examinera den som Reg. Majestas med sitt öpna bref der till har förordnat. Die 22 Apr. 1668 adhuc in Consistorio Acad. questio est Noster, se stipendio nondum potitum esse. Ad rei Academicæ his temporibus angustias commonstrandæ sequentia ex Protoc. hujus diei excerpta esse duximus: D. Peer Bång beklagade sitt ringa tillstånd och refererade huru han fät ut sin confirmation 1664 och efter Cancellarii tillståndelse då öfver vintern blifvit i Ubsala, och 1665 om hösten introducerat såsom och begynt att läsa publice, då och nådeår gick ut, M. Petrus och M. Flachsenius och fätt af Fisco 100 Dr Smt hvardera, item att Hans Höggefl. Nåde icke vill at Acad. Staten skall vara Cammar-Collegii ordningar underkastat;*

Miltopœum orta est, quæ demum anno sequente edito Nostri pro Gradu Theologico Specimine *de Ecclesia militante in genere* denuo vehementiusque exarsit. Hujus disensionis notitiam præbet Episcopi JOH. GEZELII de eadem ad Illustr. Cancellarium misla Relatio in SAM. LOENBOM *Handlingar til K. Carl XI:s Historia, 3:dje Saml.* pp. 169 — 187 *obvia o).*

M 2

A

begärte för den skull veta om han kan Illustrisimi Dn. Cancellarii bref niuta till godo? eller ej? eller om Senatus Acad. vill underkasta Staten under General Gouverneuren. — — — Resolverades, at aldenstund General Gouverneuren för Acad. Stat på 1666, den deelen, som D. Bång borde hafva, hafver innehållit, ty är rådhe- ligast, at der om skrives till Cancellarium, och bedies at Dn. Cancellarius om hans löns lösgifvande ville skriva till General Gouverneuren. remonstreres och detta i brefvet, at aldenstund hvar och en eliest af Profesforibus lidher stor afkortning åhrligen på sin afslöning, och ty icke hafva råd at mista af sitt till nogon annans afslöningh, förmodhe fördenkul Dn. Cancellarii bref ej heller hafva det förstånd.

- o) Cf. supra p. 73. It. *Svenska Mercurius* 1764 Okt. p. 798. & BILMARK *Hist. Acad. Ab. P. V.* pagg. 74 199. Vid. etiam, si placet, RÜHS *Finland och Dess invånare* I Del. p. 169. Sed ad hanc acerrimam, quæ tot tumultus excitavit, controversiam illustrandam nonnulla etiam ex Protoc. Consist. Acad. heic excerpte, operæ pretium nobis esse videtur. D. 16 Maji 1666: M. Miltopæus besvårade sig öfver M. Petrum Bång och sade, at han i Lördags kom ex composito op, när jag disputerade (vid. LOENBOM I, c. p. 171 ad d. 12 Maji, it. p. 172 ad d. 16 Maji), och opponerade en sådan Syllogismum: qui non novit se ipsum, non est bonus philosophus, at Dn. Præses &c. Minorem proberade han med sin disputatione graduali och begynte röra om det som passerat i Disp. grad. När vij discurerade en stund skildes vij gode venner. Söndagen derefter anslog han een intimation på Acad:æ döör om mig. (Vid. LOENBOM p. 171 ad d. 13 Maji, it. p. 175 f.) M. Bång replicerade: — — — när Disput. angick, inviterade

Ab hoc Specimine, quamvis de cetero ineptas omnino  
10.

Jag M. Miltopæum till at opponera, så angrep han min *Thef.* 20. — — — om *Ecclesiæ forma interna & externa*, — — — och ville committera mig och D. Enevaldum (SVENONIUM), som hade något annorlunda definierat formam *Ecclesiæ*. Då sade han åt mig: hæc non debent proponi in Academia (v. LOENBOM l. c. p. 171 ad d. 28 Apr.) och per ἀλλοτριωπειροπικίον censerade min disp. och föll i *Fac. Theol.* embete; vidare refererade Bängen, när Miltopæus disputerade i Lögerdags begynte jag invitatus opponera på honom, då sade han desse orden åt mig: si termini *Philos. sic applicabuntur, falsissima quæque in Theologiam introducuntur*. när jag sådhant hörde, wiste jag intet hwad jag skulle göra, efter Dn. Pro-Cancellarius, Rector och Decanus voro borta, så mente jag, den som publice syndar, han skall publice rättas, så fan jag rådeligit, at förr än *Juventus Acad.* förskingras, på det at det motte icke utspridas, at pessima quæque introduceras genom mig, skref jag denna intimation. Sedhan begynte Bängen explicera sin intimation, och sadhe: at i detta fallet är Miltopæi *Philosophia stupida och insana* och lofvade bevijsa det. M. Miltopæus sade: är jag defamandus dersföre at jag invitatus opponerar? jag var opponens, mig stod fritt at opponera och honom at svara. D. 18 Maji, monente Pro-Cancellario, tres fuorum elegerunt Patres Academici, qui MILTOPÆO Nostroque reconciliandis operam darent, *Protoc. hujus diei: Pro-Cancellarius sadhe: om detta skal gå till doms, så blir häraf et farligt väsende, och til förlikning synas de obenägne. Huru man skal bära sig åt, vill stort betänckiande till. Conatus pacis componendæ, ut suspicatus erat Episcopus, successu caruit. M. Bång svarade (ex *Protoc. d. 23 Maji*), efter Miltopæi inlago går ut på min intimation, ty dömer mig, och sedhan skal Miltopæus slå mig, och all hans anhang och fast det vore sjelfoa helvete. — — — Der efter inkom M. Miltopæus: och sadhe Dn. Pro-Cancellarius huru *Senatus* har önskat dhem komma till composition och at han har något fehlat i sin inlaga quoad *stylum* och offenderat dermed *Senatum*. M. Miltopæus svarade: jag är læsus, och der affecter något regera, bedher jag om förlåtelse, och det kan vara snart rättat: altså tillgaf honom detta *Senatus*. Ex *Protoc. d. 13 Junii*. — — *Senatus* discourerade — — — huruledes dhe kunde föriijkas, tycktes*